



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,  
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,  
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non  
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Lugduni, 1652-1663**

2. De Matrimonij indissolubilitate.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80577)

# Se&t. I. De Matrim. Essentia. Recep. Sent. 41

reuocata, quamvis reuocatio lateat procuratorem, & alterum coniugem, est Matrimonium irritum, licet iuramentum de potestate procuratori non reuocanda fuerit premissum. *Cap. fin. de procurat. in 6. Molina de contract. d. 51. Filiuc. tract. 10 c. 1. q. 10. Sanch. l. 2. d. 11. & 12. Henric. l. 1. c. 2. n. 2. Coninch d. 24. n. 67. Præterea, post Tridentinum, requiritur, vt procurator celebret Matrimonium coram Parocho, & testibus aliquin inualidè celebrat. Sicut item inualidum est Matrimonium contractum per literas, quando illud Parocho, ac testibus non impoſcit. Quando verò illis innotescit per literas traditio, & acceptatio vtriusque contrahentis, est validum. Sanch. d. 1. n. 3. Gutier. de Matrim. c. 45. Henric. l. 1. c. 2. n. 6. An autem Matrimonium contractum per procuratorem, aut literas sit Sacramentum, *ſectio. 2. exponam.**

Ætas iure requisita ad Matrimonium valide inueundum, est pubertas, nempe annus duodecimus in ſceminis, in viro autem decimus quartus. Hæc verò ætas in vtroque debet eſſe completa, quamvis latis ſit vltima dies anni duodecimi in ſceminis, & decimi quarti in viro. Idem autem hæc ætas à Canonibus deſinitur, quod tunc ad copulam habiles præſumantur, & ad coniugalem conſenſum. *Cap. Continebatur. Cap. Atteſtationes. D. Thom. in ſupplem. q. 58. d. 5. Sylui. ibi. Diana p. 3. tr. 4. reſol. 277. & part. 5. tract. 5. reſol. 16.*

Potè ante assignatam pubertatis ætatem in dubio, nec mas, nec ſceminis præſumuntur apti generationi. Vnde ante eam ætatem aſſerenti hanc aptitudinem incumbit onus probandi. Quia præſumptionem contra ſe habet. Nauar. c. 2. n. 2. 9. Couar. 4. Decretal. p. 2. c. 5. num. 3. Faſtor, aliquando malitiam poſſe ætatem ſupplere ad Matrimonij validitatem ante ætatem iure præſcriptam iniri, ſi tunc adſit potentia generandi, & ſufficiens ad ſe obligandum diſcretio. Expreſſe deſinitur *(Cap. De illis. Cap. Puber. Cap. fin. de deſponſ. impub.)*

Quatenus, quanto tempore ante assignatam ætatem malitia ſuppleat: Exiſtimo Iudicis arbitrio reſolueundum. Quia nihil videtur iure præſcriptum. Sanch. d. 104. Scio tamen à Gaſpare Hurtado de matr. d. 22. diſſe. 12. vnus integri anni ſpatium assignari. Quia exprimi id, inquit, in *Cap. Continebatur, de deſponſ. impub.* ac proinde puella habens vndecim completos annos, & puer tredecim annuerans, ſunt proximi pubertati, vt malitia ætatem ſupplente, poſſit valide Matrimonium inire.

Demum contrahere Matrimonium ante ætatem legitimam, eſt peccatum mortale. Quia textus *Cap. 2. de deſponſ. impub.* continet præceptum obligans ad lechale. Dicit enim Pontifex: *Diſtrictius inhihemus*, quibus in verbis prohibitio eſt continens præceptum. Interueniente autem iuſta cauſa, ex licentia Episcopopi, mortale non eſſet, ante ætatem legitimam coniugium contrahere, vt præſato in *Cap. habetur.* Sanch. l. 1. d. 17. n. 5. Gutier. de matr. c. 2. n. 16. Bonac. de matr. q. 1. pun. 4. n. 6. Filiuc. tr. 10. p. 1. n. 259. Pontil. 7. c. 65. n. 3. Henric. l. 11. cap. 13. num. 13.

Esob. & Mend. Theol. Moral. Tom. III. P. II.

## CAPVT II.

### De Matrimonij indiſſolubilitate.

**M**atrimonium ratum ſignificat vnionem diſſolubilem Chriſti cū anima in gratia exiſtenti: conſummatum verò indiſſolubilem eandem Chriſti cum anima repræſentat. Quia ſolum per Matrimonium conſummatum ſunt coniuges vna caro: quare ſolum coniugium conſummatum eam ſignificat coniunctionem, per quam Chriſtus factus eſt vna caro cū Eccleſia per Incarnationis myſterium. Vnde ſecundum omnem ſententiam Matrimonium conſummatum ſalutè iure diuino indiſſolubile eſt. Mat. 19. *Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.* Quod etiam habet locum in Matrimonio infidelium conſummato. Quia lex Chriſti omnes obligat, licet ex eius diſpenſatione explicata per Paulū 1. Cor. 7. diſſoluatur, ſi alter tantum conuertatur ad fidem. *Cap. 2. de conuerſ. coniug. Filiuc. tr. 10. c. 2. Sanch. l. 2. d. 13. num. 1. Bonac. q. 2. pun. 11. n. 1.*

Quamvis Matrimonium ratum per ſe, & ex ſua natura dicatur perpetuum vinculum, & indiſſolubile, ex privilegio diuino dirimitur Matrimonij rati vinculum per trium votorum ſolemnium in approbata Religione profeſſionem. Vnde coniugatus, qui ante conſummatum Matrimonium huiusmodi profeſſionem gerit, remanet liber à coniugij obligatione, & licitū eſt vxori in ſæculo manenti cum alio Matrimonium inire. Trident. *ſeſſ. 24. can. 6. Leſſi. l. 2. de iuſt. c. 41. Sanch. lib. 2. d. 18. Sylui. in ſupplem. 3. p. qu. 61. art. 2.*

Non autem dirimitur Matrimonium ratum per vota ſimplicia, quæ emittuntur à quibuſdā Tertiariis Diuerſum Dominici, Franciſci, & Auguſtini, qui collegialiter non viuūt, ſed in propriis domibus degunt. Per vota autem Tertiariorum vtriuſque ſexus, qui collegialiter viuūt ſub Prælati regimine ex vi ſuæ Regulæ approbata, ſub qua vota illa emittunt, diſſoluitur Matrimonium non conſummatum. Quia eorum vota abſoluta, & abſque reſtrictione ſunt profeſſio ſolemnis, vt reſpondit Paulus III. conſultus à Patribus Dominicanis. Idem aſſerit Põtius l. 9. c. 8. de votis de gentium propriis in domibus ſub arbitrio ac regimine Prælati. Quia eo ipſo vota eorum ſunt profeſſio ſolemnis. Per vota Equitum S. Ioannis diſſoluitur Matrimonium ratum. Quia eorum profeſſio eſt ſolem. nis, & in ea abſolutæ caſtitatis voto illigantur abſque reſtrictione. Secus dixerim de votis, & profeſſione Equitū D. Iacobi, Calatravæ, & Alcázaræ, quamvis ſint Religioſi. Quia Matrimonium antea factū eſt cõpatibile cū eorū votis, vouet nãque ſolummodò caſtitatē coniugalem. Præterea per vota Clericorū, & Monialium Ordinis Militaris in claſtro viuentium, diſſoluitur Matrimonium nõ conſummatum. Quia ſunt ſole. nie, & abſoluta. Sanch. l. 1. d. 18. Azor. to. 1. l. 63. c. 6. q. 4. Pontil. l. 9. c. 8. Non deniq; dirimitur per vota Scolarium, & Coadiutorum etiã formatiũ noſtræ Societatis Ieſu. Quia ſunt ſimplicia, licet publicè emittantur. Nec per conſecrationē altè. rius cõiugis in Episcopopũ, aut per ſuſceptionē Or. dinis Sacerdotũ. Quia ius deſcendit ſolèni profeſſione

19  
Matrimonij  
ſignificatio,  
& indiſſolu-  
bilitas.

20  
Diſſolubile eſt  
Matrimonium  
ratum ob  
profeſſionem  
ſolemnem in  
Religione ap-  
probata.

21  
Quando Ma-  
rimonium  
ratum diri-  
mitur, vel nõ  
dirimitur per  
vota ſim-  
plicia.

statuit. Sanch. d. 18. num. 7. Valent. tom. 4. d. 10. qu. 3. punct. 1.

22  
Vt Matrimo-  
nium dicatur  
indissolubile  
debet esse  
consumma-  
tum.

Igitur ut Matrimonium dicatur indissolubile, debet esse consummatum: & tale censetur quacumque arte semen recipiatur intra vas naturale, siue penetratio valis fiat, siue non. Et hoc verum, quamvis demonis ministerio semer viri in vase debito recipiatur. Quia ea copula sufficiens est generationi, per eamque sponsi vna caro efficiantur. Non vero consummatur per copulam praecedentem. Quia matrimonialis non est, sed fornicaria.

23  
Bimestre  
conceditur a  
iure sponsis  
ad deliberan-  
dum circa  
Religionem in-  
gressum.

Porro bimestre à iure praescriptum ante consummationem Matrimonij est sponsis, non ad profutendum in Religione, quam possunt inire, sed ad deliberandum de Religionis ingressu: ad profutendum enim datur integer annus, qui quidem à Iudice coartari nequit, si ne causa virginitatis. Quia Tridentinum generaliter, & per verba negativa statuens, ne ante annum fiat professio, est generaliter, & in omni casu intelligendum. Illud autem bimestre concessum sponsis ad deliberandum de Religionis ingressu non est ita praescriptum, quin Iudex possit, causa cognita, illud restringere, aut prorogare. Quia licet quando datur terminus à lege absque Iudicis ministerio, nequeat Iudex restringere, vel prorogare, cum non sit supra legem: sed tamen est, ubi datur ministerio Iudicis: ut contingit in *Cap. ex publico*, ubi non signatur bimestre, sed mandatur Iudici, ut designet: licet Iudex ab eo bimestri facile discedere non debeat, cum iuris sit terminus. *Natur. cap. 16. num. 24. Arcm. verb. Divortium, n. 5. Sotus in 4. dist. 27. qu. 3. art. 4. Henric. lib. 1. c. 5. n. 8. Rodrig. c. 238. n. 2. Sanch. l. 2. d. 24. num. 12.*

24  
Transactio  
bimestri, po-  
test quilibet  
coniux Reli-  
gionem inire  
si Matrimo-  
nium non est  
consumma-  
tum.

Transactio bimestri, potest quilibet coniux Religionem ingredi, si Matrimonium nondum sit consummatum, quamvis plures anni elapsi sint ab initio Matrimonio, quamvis alter nolit, & antea interuenerit iniusta debiti negatio. Quia, in praefato *Cap. Ex publico, de conuerf. coniug.* absolute conceditur facultas ingrediendi Religionem ante consummatum Matrimonium: & duo menses tantum assignantur, ut intra eos nequeant coniuges cogi ad consummandum: & ut eis transactis, possint cogi, vel ad Religionem incundam, vel ad consummandum.

## CAPVT III.

De Causa efficiente Matrimonij, quae est consensus mutus.

25  
Ad Matrimo-  
nium essen-  
tiam pertinet  
mutuus con-  
sensus con-  
trahentium.

Necessarius est ad Matrimonium mutus consensus. Quia in Matrimonio est mutua corporum traditio: sed quod est vnius, non traditur alteri, absque proprio consensu. Imò iuxta receptiorem sententiam per nullam potentiam potest Matrimonium constare absque proprio consensu. Quia consensus est de essentia Matrimonij; res autem per nullam potentiam potest absque sua essentia consistere. Quod si vinculum hoc de potentia Dei absoluta consistere nequit absque contrahentium consen-

sui: multo minus humana potestati hoc erit concessum. Poterit quidem Princeps, quando bono communi expedierit, aliquem compellere, ut alicui nubat; ipso tamen inuito, Matrimonium consistere nequit. *Sanch. l. 2. d. 26. Filiuc. tract. 10. cap. 3. qu. 1. Victor. de Matrim. num. 7. Henric. lib. 1. cap. 1. num. 3.*

Cum carnalis copula non sit de Matrimonij essentia, sed eius effectus, & operatio: perfectio autem essentialis consistat in mutua corporum traditione ad copulam: hinc consensus Matrimonium constituit, non est explicitè in carnalem copulam; sed in ius ac potestatem ad eam: implicitè autem, & virtute ad copulam tendit. *D. Tho. in 4. dist. 18. q. 1. art. 1. Suar. 3. p. q. 29. art. 1. sect. 1. Vinald. de Matrim. n. 50. Henric. lib. 1. cap. 15. num. 1.*

Propterea Doctores tria bona constituere, quae necessario debent à contrahentibus intendi, ut Matrimonium sine piculo inear. Primum est bonum Sacramenti, quod inuenitur in Matrimonio, quo coniuges se diligunt, sicut Christus dilexit Ecclesiam, gratiamque recipiant, qua facilius vinculum perpetuum possint tollere. Secundum est bonum prolis, quae generatur, & educatur ad diuinum obsequium; & licet non semper ea sequatur, saluatur tamen semper in ipso fine intrinseco, ad quem Matrimonium dirigitur. Tertium bonum est fidei, seu fidelitatis, quo coniuges sibi mutuo obligantur ad reddendum debitum, cuique alij corpus negandum. *Filiuc. tract. 10. c. 3. q. 3. Bonac. hic, qu. 1. punct. 10. num. 4. Sanch. lib. 2. d. 19. num. 4. Tolet. lib. 7. cap. 2.*

Profecto contrahens Matrimonium debet saltem implicitè intendere bonum Sacramenti: quod praestatur, quando non habet contrariam intentionem. Quare si haberet animum etiam corde retentum aduersum bono Sacramenti, intendens non contrahere Matrimonium nisi ad tempus: non esset verum Matrimonium. Non est tamen opus, ut implicitè intendat alia duo Matrimonij bona: imò quamvis haberet intentionem aduersam aliis duobus Matrimonij proximè assignatis bonis corde solo retentam, nec in pactum deducant; Matrimonium valeret. Ratio prioris est, quia de ratione Matrimonij est vinculum esse perpetuum: intendens autem Matrimonium inire dissolubile ad tempus: verè non intendit Matrimonium. Posterioris verò, quia ea intentio nihil attingens ad contractus substantiam auferit; nam posito, quod vellet quis contrahere, obligatur ex vi contractus ad non agendum aliquid contra praedicta bona, non obstante sua intentione. *D. Tho. in 4. dist. 31. q. 1. art. 3. Filiuc. tract. 10. c. 3. m. 74. Tabie. v. Matrimonium, 2. q. 3. Sanch. l. 2. d. 19. m. 1. D. Antoni. 3. p. tit. 1. c. 19.*

Cum Matrimonium ad copulam ordinatur, & non principaliter ad sobolem, vel ad concupiscentiae remedium, sed ad alios fines indifferentes, Matrimonio tamen extraneos, ut pulchritudinem, diuitias, &c. est peccatum veniale. Quia Matrimonium primario institutum fuit à Deo in naturae officium ad sobolis propagationem; secundario autem in concupiscentiae remedium. *Rodrig. tom. 1. c. 240. n. 2. Henric. l. 1. c. 4. n. 2. Caiet. tract. 12. de mat. qu. 3. Valdui. part. 1. de mat. numer. 68.* Si tamen fines indifferentes Matrimonio extranei, sunt solum causa

26

Consensus  
Matrimo-  
nium con-Prius non  
est explici-  
te in car-  
nalem co-  
pulam, sed  
implicitè.

27

Tria Ma-  
rimonij bo-  
na recen-  
sentur.

28

Quidam  
bonum Ma-  
rimonij  
necessario  
debet à  
contrahen-  
tibus inten-  
di.

29

Veniale  
peccatum  
est, Matrimo-  
nium ob  
copulam  
contrahere.